Fragmentarium

omnes enim domestici eius
vestiti sunt duplicibus. Stra-
gulatam vestem fecit sibi:
bissus et purpura indumen-
tum eius. Nobilis in portis
vir eius: quando sederit cum
senatoribus terre. Sindonem
fecit et vendidit et cingulum
tradidit chananeo. Fortitudo
et decor indumentum eius et
ridebit in die novissimo. Os
suum aperuit sapientie. et
lex clementie in lingua eius.
Consideravit semitas domus
sue et panem ociosa non co-
medit. Surrexerunt filii eius
et beatissimam predicave-
runt: et vir eius laudavit
eam. Multe filie congregave-
runt divitias: tu supergressa
es universas. Fallax gratia
et vana est pulcritudo: mu-
lier timens dominum ipsa
laudabitur. Date ei de fructu
manuum suarum: et lau-
dent eam in portis opera eius.
Gr. Propter veritatem et man-
suetudinem et iusticiam et de-
ducet te mirabiliter dextera tua.
Audi filia et vide et inclina au-
rem tuam quia concupivit rex
speciem tuam. Alleluia. V. Sur-
rexit dominus et occurrens mu-
lieribus ait avete tunc accesserunt
et tenuerunt pedes eius. Post oct. ve-
ro dicatur istud alleluia. Alleluia.
Optimam partem elegit sibi
maria que non auferetur ab ea
in eternum. Secundum lucam.
In illo tempore. Rogabat ihesum qui-
dam phariseus ut mandu-
caret cum illo. Et ingressus
domum pharisei discubuit.
Et ecce mulier que erat in ci-
vitate peccatrix: ut cognovit quod
ihesus accubuisset in domo pha-
risei. attulit alabastrum
unguenti et stans retro secus
pedes eius lacrimis cepit
rigare pedes eius et capillis
capitis sui tergebat et oscula-
batur pedes eius et unguen-
to ungebat. Videns autem
phariseus qui eum vocaverat
ait intra se dicens. Hic si esset
propheta: sciret utique que et
qualis est mulier que tan-
git eum quia peccatrix est.
Et respondens ihesus dixit ad illum.
Symon habeo tibi aliquid

42-50
COLLECTION OF THOS. F. RICHARDSON BOSTON

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 457, Verso (seq. 2) – Leaf from missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70sl/1276/17144)